

159.

Chur, 1398 Juni 11.

Ulrich von Richenstein übergibt sich und alle seine Güter, namentlich die aus dem Erbe von Gaudentius Plantair, vor dem Richter der Kirche zu Chur, dem Kloster Pfävers.

JN nomine Domini Amen, Judex ecclesie Curiensis; Vniuersis presencium inspectoribus, Salutem in domino, cum noticia subscriptorum, Nouerint euncti, quos nosce / fuerit oportunum, Quod sub annis domini Millesimo .ccc<sup>mo</sup>. Nonagesimo Octauo, die vndecima, Mensis Junij, Hora primarum, vel quasi diei eiusdem, Constituti / personaliter coram nobis publice, In figura Judicij, Venerandus in xpo<sup>1</sup> pater et dominus, dominus Burkardus de Wolffurt, Abbas Monasterii fabariensis, ordinis / Sancti Benedicti Curiensis dyocesis, vice et nomine iamdicti sui Monasterii ex vna, Et circumspectus vir Volricus<sup>2</sup> de Richenstein Armiger laycus parte / ex altera, Jamdictus Volricus<sup>2</sup> per interpositam personam, videlicet honorabilem dominum Magistrum Helyam Knoerr<sup>3</sup> Canonicum ecclesie Curiensis, In Judicio, Judicialiter / proposuit, recognoscendo, se, suosque precessores<sup>4</sup>, multarum virtutum et graciarum, beneficia, tam in spiritualibus, quam et temporalibus, assidua, a dicto Monasterio recepisse, Seque / perpensi id iuris attendisse, Quod in caritatis officiis loco priori illis teneamur obnoxij, a quibus beneficium, nos recognoscimus, suscepisse, Voluitque prefatus / Volricus<sup>2</sup>, diem missionis extreme ob sui, suorumque precessorum<sup>4</sup> animarum salutem, et diuini cultus augmentationem<sup>5</sup>, pietatis operibus preuenire, ac eternorum intuitu / seminare in terris, quod redeunte domino, cum fructu multiplicato, recolligere valeat in celis, Qua propter Jdem Volricus<sup>2</sup>, sanguine corpore, et componente, sufficienti / et longea deliberacione prehabita, non vi, non, dolo, non fraude, nec metu, aliquibus circumuentus, ut asseruit. sed. libere, ac excusa, mere. pure, perfecte, et / perpetue donationis, ad pias causas, et ad loca deo sacrata, Inter uiuos solite et consuete, melioribus, modis, ordinacione, via, jure, oblacione, et translacione, quibus melius / et efficacius fieri potuit et consuevit, se ipsum jlico, in persona propria, omniaque sua Res et bona, Mabilia et Jnmabilia, habita et possessa, habenda et possidenda, / Et specialiter jus vniuersum, hereditatis vniuersalis ad dictum Vol-